

fam commissis inquisitionis & ordinem plenius explicare, ne quis quomodolibet suspicetur, quod nos hoc negotio perperam processerimus, praesertim cum ratio assignanda debeat esse posterius profutura.

debeat. Alex. III. cap. 8. possimus. quod ergo, &c.

Qualiter differant causa & occasio, vide hic Patrum. Dicitur, ex deest in quibusdam. Cap. 7. §. prohibemus.

1. concepit. 2. recipiat. 3. Haec duo verba, circa haec, desunt in antiq.

al. vel non alienandis.

Lugdun.

Burch. l. 3. decr. c. 24. Ivo, p. 2. c. 29. §. c. 1. cod. tit. in 1. Compil. Vide Calder. conf. 4. hoc tit. §. 1. Vox, partium, deest in antiq. Burch. lib. 15. c. 36. & Ivo, part. 16. c. 37.

debeat. Alex. III. cap. 8. possimus. quod ergo, &c.

Qualiter differant causa & occasio, vide hic Patrum. Dicitur, ex deest in quibusdam. Cap. 7. §. prohibemus.

1. concepit. 2. recipiat. 3. Haec duo verba, circa haec, desunt in antiq.

al. vel non alienandis. Lugdun. Burch. l. 3. decr. c. 24. Ivo, p. 2. c. 29. §. c. 1. cod. tit. in 1. Compil. Vide Calder. conf. 4. hoc tit. §. 1. Vox, partium, deest in antiq. Burch. lib. 15. c. 36. & Ivo, part. 16. c. 37.

DE REBUS ECCLESIAE ALIENANDIS, VEL NON ALIENANDIS.

TITULUS XIII.

I. EX CONCILIO LUGDUNEN. b i quarto. [an. 1055. in Gallia.]

Non potest Prelatus res unius Ecclesiae alteri dare, nec invicem illas commutare sine ambarum consensu.

Non licet Episcopo vel Abbati terram unius Ecclesiae vertere ad aliam, quamvis ambae in ejus sint potestate; tamen si commutare voluerit terras earum, cum consensu ambarum partium faciat.

II. EX EODEM. [an. 1055. in Gallia.]

Principes seculares res Ecclesiae donare non possunt; & qui ab eis recipiunt, excommunicantur, & perdit omnia

que ab Ecclesia aliis legitime obtinebant. Hoc dicit secundum unum intellectum, qui satis placet.

Qui res Ecclesiae petunt a Regibus, & horrendae cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt, irrita habeantur, quae obtinent, & a communione Ecclesiae, cujus facultatem auferre cupiunt, excludantur.

III. EX CONCILIO TOLET. [an. 633. in Hispania.]

Rektor Ecclesiae, quia dat Ecclesiae rem dupla estimationis, servos Ecclesiae manumittere potest: ipse tamen manumissus & ejus posterius erunt sub patrocinio Ecclesiae. Ita communiter summat, tamen non placet Panor. id quod dicitur de estimatione.

Conventus totius Concilii definiunt, ut Sacerdotibus, qui aut aliquid Ecclesiae suae relinquunt, aut nihil habentes, aliqua praedia, vel familiae Ecclesiis suis acquirunt, liceat aliquos de familia ejusdem Ecclesiae manumittere juxta rei collatae modum, quem antiqui Canones decreverunt: ita ut cum peculio & posteritate sua fidei patrocinio Ecclesiae maneant, utilitates injunctas sibi, juxta quod poterunt proficiant.

IV. EX EODEM. [an. 633. in Hispania.]

Si Prelatus nil de suo datus Ecclesiae, servos Ecclesiae manumittere, non tenet manumissos.

Episcopi, qui nihil ex proprio Ecclesiae Christi conferunt, liberos ex famulis Ecclesiae ad condemnationem suam facere non praesumant. Impium est enim, ut qui res suas Ecclesiae non attulerit, damnum inferat. Tales igitur liberos successores Episcopi absque aliqua oppositione ad jus Ecclesiae revocant.

Liberos ex famulis. Concilio Toletano IV. cap. 66. Liberos ex famulis. Caus. 12. quast. 2. c. 39. melius, liberos. Liberos. Liberos.] Liberos.

V. EX CONCILIO apud Silvanen. [in Gallia.]

Res Ecclesiae alienari non debent.

Nulli liceat alienare rem immobilem Ecclesiae, five agrum, five rusticum mancipium, neque specialis hypothecae titulo obligare. Alienationis autem verbum continet conditionem, donationem, venditionem, permutationem, & emphyteuticum perpetuum contractum. Unde omnes Sacerdotes ab hujusmodi alienatione abstant, poenas timentes, quas Leonina constitutio comminatur.

Ita legit Innocentius, intelligitque de contractu, cui sunt adscripta conditio, veluti, Si navis ex Asia venerit. Lectio nubi non probatur ob illud in jure vulgatum, conditio nihil disponit. Alii Conductionem legebant, quos Innocentius damnat inquiriens: Conducere non est alienare. Sane recte, nisi forte conditio perpetua foret, ut annotat Hostiensis. Ego legendum putarem: Alienationis verbum continet testamenti conditionem, &c. Nam proculdubio qui testamentum condit, alienat. Vel etiam, quod sentit Innocentius, accipit immutatum rei conditionem, id est, statum, causam, naturam praedii, veluti, Si faciat illud tributarium, vel annua pensione gravet. Quintinus.

Nulli liceat. Novella Julian. 7. cap. 1.

VI. SYMMACHUS PAPA in Romana Synodo tertia, [habita circiter annum Domini 506. vel 507. cap. 4. 5. 6. 7. & 8. ejus synodi To. Concil. infr.]

Alienatio de rebus Ecclesiae facta non tenet, & alienatores nisi rem restituunt, excommunicantur, & quilibet Clericus potest contradicere, & rem cum fructibus repetere. Hoc dicit. Et est textus notabilis, & quotidie allegatur.

Si quis Presbyterorum, Diaconorum, seu Defensorum alienanti praedium Ecclesiae subscriperit: quo iratus Deus animas percussit, anathemate feriatur; nisi forte alienator, & qui acceperit, celeri restitutione sibi prospexerint. Quod si minore animae suae cura remedium oblatum neglexerint, praeter poenam super hoc adscriptam, confectum documentum viribus, quamvis ab initio nullas haberit, vacuetur. Sed etiam licet quibuscumque Ecclesiasticis personis vocem contradictionis offerre, ut & cum fructibus possint alienata reposcere, & Ecclesiastica auctoritate fulciri.

VII. ALEXANDER III. Vigor. Episcopo. [c. an. 1180. Romae in Angliam.] Vigorniensis.

Terra non fertili Ecclesiae dari potest in emphyteusm ei, cuius studio educatur ad culturam. AD P aures: Et infra. Illas terras, quae de sylvis extirpatae sunt arbores factae, eis hereditario jure poterit concedere sub annuo censu tenendas, a quibus suo vel parentum suorum labore conlitterit extirpatae. Nisi forte tunc aliis possint ad majorem Ecclesiae utilitatem cum eodem labore & onere conferti.

VIII.

VIII. CEBRSTINUS III. Ravenn. Archiepiscopo. [c. an. 1196. Romae in Flaminiam.]

Jurans non alienare bona Ecclesiae, non potest alienare ea, quae sunt de mensa, vel ea, de quibus dubitatur an sint de mensa. Hoc dicit, usque ad §. possessiones, Abbas.

9. Cap. 1. cod. tit. in 111. Compil.

UT super aliqua: [Et infra.] Sane quaevisit a nobis, si possessiones sine rebus decimationum, & aliunde ex certis locis provenientes, quos pra. t. quousque diem clausit extremum, ad manus suas tenuit, & in proprium usum excepit vel expendit, nec aliis in feudavit, de mensa sint Archiepiscopi intelligendi, & de eis cum ex sacramento fidelitatis tenearis Apost. Sed. nihil alienare, contractus alienationis cujuslibet possit intervenire. Tunc ergo inquisitioni taliter respond. quod sine intelligatur de mensa, five non: ut non alienentur, consilium existimamus.

2. Rimamus.

3. vel.

Reposita quaestio dubietas Apost. Sed. praesentia enodatur, Romanam Ecclesiam, cui licet immeriti praesidium, singularum consultationibus convenit respondere. Possessiones Ecclesiae minus utiles, pro utilioribus de consensu Capituli potest Episcopus permutare vel alienare. Possessiones vero, quae Ecclesiae tunc minus sunt utiles, pro aliis utilioribus de fratrum tuorum & sanioris partis consilio & assensu alienandi fuer commutandi liberam concedimus facultatem.

Sacramento fidelitatis. Ex formula Sacramenti. Possessiones ad mensam mei Archiepiscopatus pertinentes nec vendam, nec donabo, nec impignerabo, neque de novo in feudabo, vel alio modo alienabo inconsulto Romano Pontifice. Sic me Deus adjuvet, & haec sancta Evangelia.

IX. IDEM Exonen. Episcopo. [c. an. 1196. Romae in Angliam.]

Canonicus praedium Ecclesiae perpetuo locare non potest.

1. Cap. 2. cod. tit. in 111. Compil. & vide Anc. conf. 115. §. al. ita: in damnum Eccle. poterint. 2. actores. 3. referendam.

AD audientiam nostram noveritis pervenisse, quod quidam de Canonicis Exonen. Ecclesiae quadam praedia ejusdem, inconsultis aliis fratribus, in damnum ejus in perpetuum locaverunt. Ideoque mandamus, quatenus, si verum est quod asseritur, locationes illas legitime revocare poterint: eos, quos noveris harum locationum auctores, ad susceptam inde pecuniam conductoribus refundendam app. re. compellas.

X. INNOCENTIUS III. Archiepiscopo Montis regalis. [c. an. 1210. Romae in Siciliam.]

Possessiones, quae sunt de mensa, non possunt alienari. Et Ecclesiae consuevit regi per Regulares, Secularibus Clericis conservari non debent. Hoc dicit Joan. de Imola.

9. Cap. 1. cod. tit. in 111. Compil.

POssessiones, ad mensam tuam vel Capituli pertinentes, alienare non debes: Aut Ecclesias in quibus Monachi ministrare consueverunt, Clericis vel Laicis assignare.

XI. IDEM Episcopo Mauriensis & Praeposito Uleon. [c. an. 1210. Romae in Galliam.]

Restituitur Ecclesiae contra alienationem, per quam enormiter sit lesa. Hoc dicit, secundum lecturam veterem.

2. Cap. 2. cod. tit. in 111. Compil.

AD nostram noveris audientiam pervenisse, quod cum Tusien. Monasterium depresso esset onere maximo debitorum, Abbas & Conventus ejusdem villam quandam necessitate coacti B. Laico concesserunt in feudum, tali conditione apposta, quod idem lxxx. libras perfolveret, pro quibus eadem extiterat obligata: quod non distulit effectui mancipare. Unde humiliter supplicarunt, ut feudum praedictum faceremus ad utilitatem Monasterii revocari, praesertim cum idem Laicus primo anno de ipsius proventus ultra summam perceperit praetaxatam, & per multos postmodum annos sumptus ejus fructus: Quocirca mandamus, quatenus, si praedictum Monasterium, propter hoc inventis enorme dispendium incurrisse, dictum Laicum ut, pecunia, quam pro exoneratione feudi, seu etiam pro utilitate ipsius Monasterii expendisse noscitur, ab eisdem Abbate & Conventu recepta, cum sibi fructus percepti fuisse debeant pro labore, praetatum feudum eidem Monasterio dimittat liberum & quietum, appellatione postposita, compellatur.

Verum quia praetatum Monasterium sicut dicitur, enormiter est lesum, in eo quod de redditibus villa praefata Conventus diebus singulis unum serventur, & in festis duodecim lectionum pices vel aliud aequivalentis consuevit percipere.

Nos igitur sic volentes gravaminibus praefati Monasterii providere, quod aliis non videatur injuriam irrogare. PITH. Mauriensis. Mauriensis. Praeposito Uleon. Forte, Praeposito Vintimiliensis. Tusien. V. C. Secularis. Monasterium sancti Justini de Secutia Ordinis sancti Benedicti Diocesis Taurinensis.

Pars II.

XII. IDEM in Concilio generali. [an. 1216. Romae.]

Alienatio rei Ecclesiasticae facta sine legitimo Ecclesiasticorum personarum assensu, non tenet, licet approbatur per constitutionem Laicorum.

Cum Laicis, quamvis Religiosis, disponendi de rebus Ecclesiae nulla sit attributa potestas, quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi: dolemus in quibusdam ex illis sic refrigerare charitatem, quod immunitatem Ecclesiasticae libertatis, quam non tantum sancti Patres, sed etiam Principes seculares privilegiis multis munierunt, non formidant suis constitutionibus vel potestibus destitutum impugnant, non solum de alienatione feudorum, ac aliarum possessionum Ecclesiarum, & usurpatione jurisdictionum; sed etiam de mortuariis, nec non & aliis, quae juri spirituali annexa videntur, illicite praesumendo. Volentes igitur super his indemnitate consulere Ecclesiarum, ac tantis gravaminibus providere, constitutiones & venditiones hujusmodi feudorum seu aliorum bonorum Ecclesiasticorum sine legitimo personarum Ecclesiae assensu praesumptas occasione constitutionis Laicae potestatis, cum non constituto, sed destituito dicitur, nec non usurpatione jurisdictionum: facti approbatione Concilii decernimus non tenere, praesumptoribus per cen. Eccles. compellendis.

Lat. Concil. gener. sub In. III. c. 44.

Cap. unico cod. tit. in IV. Compil. facultas. h. istis.

al. destru. tionibus. Vide anth. Caff. per Bar. C. de sac. sanc. Eccles.

jurisdictionibus.

DE PRECARIIS.

TITULUS XIV.

I. EX CONCILIO apud Belvacen. [in Gallia.]

Breve est, nec potest brevius summati.

Belvacum Burch. l. 3. c. 169. Ivo, p. 3. c. 230. §. c. 1. cod. tit. in 1. Compil.

PRECARIUM de quinquennio in quinquennium fecundum auctoritatem & antiquam consuetudinem renoventur.

II. EX CONCILIO Carthagenen. [in Africa.]

Revocat successor precariam per praedeccessorem irrationabiliter factam.

Ant. August. in notis anti. quae collectio. cod. tit. c. 2. air. le non invenisse in Concilio hoc caput.

DE precariis irrationabiliter factis a rectoribus Ecclesiarum se suisque successoribus poena gravi obligantibus, ut facta ipsorum dissolvere nequeant: Praecipimus ut nemo successor antecessoris sui poena sit obligatus, sed suae providentiae sit concessum, ut si antecessor ejus, res Ecclesiae irrationabiliter distribuit, ab eo ad jus ejusdem Ecclesiae revocentur.

III. GREGORIUS IX. [c. an. 1235. Romae.]

Concessio precarii extinguitur voluntate concedentis, aut ei succedentis: precaria autem concessio non.

PRECARIUM utendum conceditur, quando patitur, qui concessit: solvitur quoque obitu ejus, cui concessum ibi glof. & est, non etiam concedentis: aut cum ipsum alienari contingit alicui hoc revocare volenti: qui pro conventionem hujusmodi, non licet rem alienam invito domino possideri. Porro precariae, quae quandoque de Ecclesiarum possessionibus fieri solent, non sunt pro voluntate concedentium revocandae.

Vide l. i. & Bart. ff. cod. tit. Hostiensis legendum seu corrigendum hic admonet ita: sed non concedentis. Vide l. creditores & quod ibi not. Bart. C. de pigno.

DE COMMODATO.

TITULUS XV.

I. IDEM Gregorius IX. [c. an. 1235. Romae.]

Commodatarius gratia sui tenetur etiam de levissima culpa, non de casu, nisi in tribus casibus hic positus. Et commodatum ante usum completum non revocatur. Hoc dicit.

Cum gratia sui tantum quis commodatum accipit, de levissima etiam culpa tenetur: Licet casus fortuitus, nisi acciderit culpa sua, vel intervenerit pactum, seu in mora fuisset, sibi non debeat imputari. Contra eum quoque recte commodati non agitur, nisi post usum expleto, cujus gratia res fuerat commodata. Cum non decipi beneficio nos oporteat, sed adjuvari.

PITH. Res fuerat commodata. l. 17. §. sicut. ff. commodati.

Vide text. in §. item si cui res, Instit. cuius modis re contrahitur obligat.

DE DEPOSITO.

TITULUS XVI.

I. ALEXANDER III. London. Episcopo. [c. an. 1180. Romae in Angliam.]

Commodatarius gratia sui tenetur etiam de levissima culpa, non de casu, nisi in tribus casibus hic positus. Et commodatum ante usum completum non revocatur. Hoc dicit.

Lundon. al. Lidon. al. Lugdunen. al. Linconien.